


Nova Atque Abominanda Pietistarum Trinitas

Gryphiswaldiæ: Literis Georg. Henr. Adolphi, [1705?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870061216>

Druck Freier  Zugang





102 *Magdalenenstift. 1. Teil Dupel*
a. B.

48. C. 4.

427.

La - 1092 (102.)

- 27.) Mayer, noua atque abominanda pietiffiarum trinitas.
- 28.) Walter, de nouo Atheismi et Vanatiosismi.
- 29.) Manz et, de Hattemistis.
- 30.) Mitter, de notione Ташуоросъ sine Ташуоросъ.
- 31.) Gefner, de oratore sacro.
- 32.) a Windheim, de erroribus vulgi in libris sacris non probatis.
- 33.) Hecker, de optimo genere Philosophorum.
- 34.) Hecker, de eloquentiae genere.
- 35.) Burgmann, de articulo de peccato.
- 36.) Burgmann, de nomine Christiani huiusque origine et notione.
- 37.) Engel, de existentiae conceptu.
- 38.) Burgmann, num sacrificia cruenta ante diluuium fuerint ignota?
- 39.) Ctepinski, de iustificatione peccatoris coram Deo.
- 40.) Burgmann, de statu hominis lapsi.
- 41.) Sasse, de Christo et sacerdote et victima in omnium salutem.
- 42.) Burgmann, de eo quod in indagando sensu mystico minimum est.
- 43.) Carpow, de ieiuniis sabbathicis ex antiquitate Hebraea.
- 44.) Beecher, de monitis quibusdam ad nonnulla reuelationis recentius formata criteria.
- 45.) Zachariae, de Christo $\pi\epsilon\sigma\sigma\omicron\tau\omicron\kappa\omega$ εν τω νεκρω.

Q. B. V.
NOVA ATQUE ABOMINANDA
PIETISTARUM
TRINITAS,

Sub PRÆSIDIO
ACADEMIÆ GRYPHICÆ PRO-CANCELLARIÏ
D. JO. FRID. MAYERI,
S. Theol. Profess. Primarii, Consistoriï
Regiï Præsidis, Pomeraniæ Svec. Rugiæq; Superint.
Generalis & Facultatis suæ hodie DECANI,

Detestationi publicæ
exponenda

à

JOACHIMO WILLERS,
Stralsundenfi,

d. 15. Aug. Anno MDCCV.
accedit dissertatio

Utrum speranda sit Spiritus S. incarnatio?

GRYPHISWALDIÆ,
Literis GEORG. HENR. ADOLPHI, Reg. Acad. Typogr.

NOVA ATQUE ABOMINANDA
PIETISTARUM
TRINITAS

sub PRÆSIDIO
ACADEMIÆ GRÆVICK PRÆ-CANCELLARI
D. JO. FRID. MATERI,
S. Theol. Profess. Primarii, Consultorii
Regni Præsidis, Pomeranici & Rugiæ, Superioris
Generalis & Facultatis hujus Præcatorum

JOACHIMUS WILHELMUS

Urnum spectanda in Spiritum S. accendit

LEONIS GEORG. HENR. ADOLPHI, Reg. Acad. Typogr.



JESU FORTUNANTE !



Uo demum Libertinismus hostium vere pietatis, incarnatorum certe Diabolorum, quos Pietistas, (ceu Catharos olim Novatianos Sancti Ecclesiae Doctores,) vocamus, ruat, & quod nihil tam horrendum sit quod non in Pietismi confluat Camarinam, ex his cum horrore Commilitones, accipite:

QEs Hoch-Gebohrnen Graffen und Herrn/
Herrn Henrich Allbrecht/ Graffen zu Sayn/
Wittgen- und Hohenstein/ Herrn zu Valen-
thar/ Neuenmagen/ Lohra und Klettenberg zc. Un-
sers Gnädigen Graffen und Herrn/ Wir verord-
nete Richter und Schöpffen / des Hoch-Gräffli-
chen peinlichen Hals-Gerichts allhier zu Laasphe/
thun dir Justus Gottfried Winter von Esch-
wege / dir Johann Georg Appenfeller von Schlei-
singen aus Francken / dir Eva Margaretha *lean*
de Vesias, Fürstlichen Ensenachischen Pagen-Hoff-
meisters Eheweib / gebohrne von Buttlarin / und
dir Anna Sidonia von Calenberg von Forstwesten
aus Hessen bey Cassel hiermit zu wissen / wie daß
hiesiger Hochgräfflicher *Fiscalis* Ampts-Anklager

A 2

an

an einem/entgegen und wider euch allen als pein-
 lichen Beklagten/am andern Theile wegen beschul-
 digter Verspottung und Verletzung der Allerhei-
 ligsten Majestät und Dreyeinigkeit Gottes/ge-
 gestalten du Winter dich vor Gott den Vatter/du
 Appenfeller dich vor Gott den Sohn/und du E-
 va Margaretha dich vor Gott den Heil. Geist/
 vor das neue Jerusalem und unser aller Mutter
 ehren lassen/ und ob solche 3. Göttliche Personen
 von euch sichtbarlich aus- und eingingen Gottes-
 lästerlich vorgegeben / und du Eva Margretha
 die Thür solches Aus- und Eingangs fenest / und
 das eure Naturen derogestalt mit der Götttheit
 vereiniget / daß sie zusammen einen Gott und
 Christum machten / daher eure Naturen auch
 als Göttlich müsten *veneriret* werden / und ihr un-
 ter diesem Schein und eurer eingebildeten Gott-
 seligkeit und Frommheit nicht anders als Hure-
 rey / Ehebruch / Blutschande / grosse Gottlästerun-
 gen / darunter auch Mord und andere grosse übel-
 thaten vor Gott und der Welt ärgerliche / ab-
 scheuliche / grausame Laster / die man anhero zu se-
 hen billich einen Scheu tragen muß / mit unter-
 geloffen / und gegen dich Anna Sidonia von Ca-
 lenbergin wegen absonderlich beschuldigten *Infan-*
ricidii, darinn du Winter / und du Eva Margre-
 tha

110

tha von Buttlar mit begriffen / bey diesem
 Hoch-Gräßlich peinlichen Hals-Gericht verschie-
 dene *articulirte* peinliche Ampts-Anklagen über-
 geben/darauf *litem affirmative contestiret* / ihr zwar
 auch eure *Responsiones* darauf *judicialiter* abgelegt/
 und weilen ihr eines und das andere verneinet oder
sinistre interpretiren wollen / *Fiscalis* zu eurer Über-
 führung *Denominationem Testium cum Directorio*
 übergeben / und solche nunmehr endlich und *ju-
 dicialiter prout moris & styli* abzuhören gebäten/
 auch *in hoc puncto* so wohl von eurem *Defensore* als
Fiscali zu Bescheid gesetzt worden / nichts destowe-
 niger aber ihr / aus Trieb und überzeugung eures
 bösen Gewissen / noch vor Eröffnung dieses *inter-
 locuts* flüchtig worden seyd / und ob man gleich
 dich Evam Margretham von Buttlar annoch auf
 der Flucht ertappet / und zu Biedenkopff in Hes-
 sen Darmstättischen auf ersuchen von dasigen Be-
 ampten *arrestiret* worden/ du dannoch durch Ver-
 wechselung der Kleider denen Wächtern entkom-
 men / und zum zweytenmahl dich davon und ausm
 Staube gemacht / deswegen eine *Edictal Citation*
 gegen euch allen zu erkennen / *terminum ad compa-
 rendum* zu *præfigiren* / und die *Citation* an gewöhn-
 liche Orte öffentlich anschlagen zu lassen / gebäten
 hat ; Nachdem nun sothanem *Fiscalischem* billich

und rechtmässigen Suchen *deferiret* / und diese of-
fene Ladung erkannt worden ; hierum so *citiren* /
heischen und laden im Namen Hochgedachten Ih-
rer Hoch-Gräfflichen Gnaden auch von Ampts-
Gerichts und Rechtswegen Wir dich Justus
Gottfried Winter / dich Johann Georg Appen-
feller / dich Eva Margaretha von Buttlar / dich
Anna Sidonia von Callenberg / daß ihr auf den
schierskünstig / welchen wir euch allen vor
den ersten / andern und dritten oder letzten *Termin*
und *peremptorie* angesetzt haben wollen / bey
peinlichen Hals-Gericht allhier aufm Rathhaus
morgens um 8. Uhr in Person erscheinet / eure
Entschuldigung daß ihr flüchtig worden seyd vor-
bringet / der Sachen bis zu Ende abwartet / und
rechtliche Erkänntniß gewärtig seyd / mit der Ver-
warnung / ihr kommt dem also nach oder nicht /
daß nichts destoweniger auf *Fiscalis* formliches
Nachsuchen ergehen und geschehen soll / was recht
ist / wornach ihr euch alle zu achten / Urkundlich
des hierunter gedruckten Hoch-Gräfflichen pein-
lichen Gerichts Insiegel / Geben zu Laasphe den
27. May 1705.

(L.S.)

Richter und Schöpffen
daselbsten.

Ob-

Obstupescite cæli super hoc, & cororescite, trepidate valde dictum Jehovæ! Duo namque mala fecit populus meus: Me deseruerunt, fontem aquarum vivarum, ad excitandum sibi foveas, foveas confractas, quæ non continent aquas. Num servus est Israel? num natus domus (verna) ille? Quare factus est in prædam? Contra eum rugiunt leones juvenes, edunt vocem suam; redigunt terram ejus in vastitatem, urbes ejus incenduntur adeo, ut non sit habitator. Etiam filii Noph & Thachpanebes depascunt tibi verticem. Annon hoc est quod facit tibi? quod deseruisti Jehovam Deum tuum quo tempore duxit te in viam. Illa Jeremiæ c. II, 12, 17. ad has blasphemias monstraque ut repetamus, necesse est

Evenerunt jam quæ diu ante sancti Dei vigiles CARPZOVII, PFEIFFERI, DEUTSCHMANNI, VEIELII, FECHTII, HANNEKENII, SCHELGWIGII, NEUMANNI, BÜCHERI, alique veræ doctrinæ solidæque pietatis assertores, sub initia Pietisticæ impietatis monuerant, Fanaticismum certe Ecclesiæ fines occupaturum, Ecclesiam devastaturum esse. Sed proh! illi, quibus curam Ecclesiæ gerere, his malis ire obviam, ex Prophetarum etiam numero, sub conscientiæ pretio incumberebat, illi obduraverant animum instar aspidum surdarum obturantium aures; imo non pauci horum vel connivendo, vel excusando, vel ferendo opem foverunt, commendarunt, promoverunt hydram isthanc illiusque venena. Atque & hoc ad calamitatis summam accedit, in hunc usque diem Tiresia cæciores esse, qui semel cohorti huic favere cœperunt, Ecclesiæ damna, hypocritarum artes, ambitionem, avaritiam, crimina, scelera, fructus arboris Pietisticæ, neque videre neq; videre velle, fascino quodam pietistico dementatos ac ligatos. Quæ amabo Christianæ religionis Capita integra reliquit, quibus non antiquorum hæ-

146

28
32
34
35
36
37
38
39
40
42

hæreticorum venenum immiscuit Secta Pietistarum? Unicum tantummodo volo! Inde ex necessitudinis lege Hæresiarcharum causam peroravit in diabolico carmine suo h. e. in Historia Ecclesiast. & Hæret. GODOFREDUS ARNOLDUS, quem Librum cum Autore vel propter hæc merita, in oculis ferunt Pietisticis erroribus & fraudibus faventes.

De Fanaticismo supra mentionem feci, illum vero ita aperte nunc in Germania profitentur homines Pietistæ, ut in medio Angliæ te vivere certo credas. Adparitiones divinas, Colloquia cum Deo illi crepant, neque in hac re ulli Fanaticorum cedunt Pietistæ. Hac ostentatione Pietismi initia commendabat & viam parabat D. PETERSEN, virgini ASSENBURGICÆ Jesum in specie elegantioris formæ virginis ad parentem fingens. Durat & in hunc diem illud gloriationis genus. JOH. GEORG ROSENBACH, homo artem conficiendi calcaria callens (Spornmacher Gesell/) flagitiosissimæ olim vitæ, ita de se in seiner Wunder und Gnaden-vollen Bekehrung zweyer in der Irre gegangenen verlohren-gewesenen Schaffen pag. 93. Es geschah dreyn Tage vor Himmelfahrt 1701. da kunte ich wieder vor Angst nicht schlaffen / da habe ich ohn unterlaß zu GOTT geseuffzet und inbrünstig gebetet GOTT solle mir zeigen / wie ich rechtschaffen wandeln solte / da kam ich in eine grosse Mattigkeit und wuste nicht wie mir geschah / und war mir / als stünd ich auf einen schönen Gang unterm freyen Himmel und stünden neben mir 2. Männer auf beyden Seiten / der eine war mir bekandt / da erschien mir GOTT der Vater in grossen Glantz und Herrligkeit daß ich ihn vor Glantz nicht recht anschauen kunte / und sahe als hätte Er Haar / wie die schönste weiße Wolle / daß ich mein Lebtag nichts schöners gesehen / und aus seinen Munde ging Feuer wie Donner / und

Bliz

Blitz / und gab mir zu verstehen : ohne die Nach-
 folgung Jesu Christi wird kein Mensch seelig / da
 sind die 2. Männer neben mir zur Erden gefallen/
 ich aber blieb stehen und habe mich zurück gebogen/
 und habe mein Angesicht und Hände gegen Gott
 aufgehoben und sehnlich geschryen : Ach Vater /
 ich will Jesu deinem lieben Sohne nachfolgen.
 Da haben Ihn die Wolcken überschattet / und ist mir
 verschwunden / da kam mein Geist wieder zu mir / und
 sprang aus meinen Bette; Wie ich gethan / und mir zu
 Muthe gewesen / kan ich nicht beschreiben / es war mir
 als wären alle meine Adern eröffnet / und hatte keinen
 Bluts-Tropffen mehr in meinem Leibe / die Haut schau-
 erte / und zitterte alles an mir / ich ging in meine Werk-
 statt / fiel überall nieder und betete / und dünckte mich
 sehr unwürdig dieser hohen Offenbahrung und grossen
 Gnade Gottes meines Herren / denn der natürliche
 Mensch zu solcher Zeit wie ein Nichts / und gleichsahm
 wie verschlungen vom Geist darsteget / wenn ich noch tau-
 sendmahl so viel leiden sollte / als ich um der Ehre Got-
 tes willen bereits ausgestanden / so wäre es doch nicht
 werth solcher Herrlichkeit die ich alhier zu schauen be-
 kam:

Dolendum vero Ecclesiae purioris Doctorem celeberrimum, in-
 signe Academiae Altorfinae Decus ac Ornamentum
 (cujus nomini ex tenerrimo affectu adversus ipsum parco)
 cum veritatis revelatae & Librorum nostrorum Symboli-
 corum damno ac jactura Fanatico huic patrocinio adfuisse.
 Virum autem Theologum per salutem Ecclesiae,
 per vulnera Christi, per propriam salutem cum lachrymis
 orq,

31
32
34
35
36
37
38
39
40
41
42

oro, rogo, obtestor ut in viam redeat, neque rapacitati luporum, devastationi vulpium ovile ac vineam Domini exponat. Audiatur, exaudiat preces nostras, ut Summum Numen in angustiis invocaturi, preces etiam locum inveniant quo cadant. ROSENBACHIUM vero & Apologetam in viam revocarunt Viri Pietatis infucatae & magnae eruditionis DN. STORRIUS, & DN. EZARDI.

Restabat in Fanaticismi professione Thronus SS. Trinitatis ut illum quoque Pietistae nefando stultitiae ausu peterent, hominesque alios aut seipos in illum collocarent. In hunc enim modum Fanatici praeluserant EZECHIEL METH, quod de vide Neue Zeitung von den neuerstandenen Kexer Ezechiel Meth von Langensalze / welcher fürgegeben Er seye Christus und Gottes Sohn: Dresden / Anno 1614. JAC. NAYLOS se Filium Dei esse Jesum Christum affirmavit: LASSEN. de Quackeris cap. I. p. 18. Atque ABRAHAMUS SCULTETUS in Curriculo vitae suae p. 60. *Ex aliis intellexi non multo ante Londini combustos esse duos, quorum alter se Spiritum Sanctum esse dixerit, qui quidem ad ignem ductus, cum vim ejus sensisset, recantavit: Sed postea relapsus flammæ ardorem sustinuerit.* Plures hujus generis Fanaticos Priorum etiam Seculorum dabit Dissertatio nostra: *An speranda sit Spiritus Sancti Incarnatio?* Possem & petere exempla ex *Fanaticismo Ecclesiae Romanae*, hujus enim religio teste PENNIO fanaticorum Principe tantum differt à Fanaticorum, quantum Pennii pileus à pileo Regis, quod hic gemmis & plumis decoratus sit, hic omni ornatu destituatur: Vide omnino solidissima STILLINGFLETHII argumenta in Libro de *Idololatria Rom. Ecclesiae* Cap. IV. *Of the Fanaticism of the Roman Church.* p. 231. & in *Scripto Apologetico hujus libri.*
Sed

Sed nolo aliquid addere nisi illud, *Deitatem Mysticam* & *unionem illam Deificantem* Pietistarum, non posse non gignere blasphemia hujus Trinitatis monstra in mente hominis in pietistarum castris pugnantis, & nefandam, abominandamque hujus generis Trinitatem ex Pietistarum hypothesebus sponte fluere. Confer in hanc rem Theologum meritis in universam JESU CHRISTI Ecclesiam prorsus insignem, *Vere Pium & religiosum* DN. FRID. CHRISTIANUM BUCHERUM, in Mysterio Iniquitatis das ist Geheimnis der Bosheit so sich bereits in den Pietistischen Fanaticismo reget. Cap.1.

Nos Deum supplicibus & ad Christi vulnera adstrictis poscimus precibus misereatur Ecclesiae suae à Pietisticis vulpeculis maximè afflictae, & illarumq; intercedat consiliis, aperiat Summis Potestatibus oculos, ut quos angves in sinu alant tempestivè agnoscant, modumque illorum ponat venenatis blasphemias atque fraudibus, augeat animos verbi divini praecibus ut in domino conjunctis precibus & operis, verae pietatis everforibus intrepide & constanter resistant, errores, illo-

illorum fraudesque detegant, ac afferant Pietatem.

Convertat quoque misere seductos Seductoresq;, utè diaboli infensissimi Ecclesiæ hostis eripiantur faucibus, & ad veritatis Spiritum reducantur, unoque ore cordeque nobiscum veram atque infucatam profiteantur Pietatem.

A Pseudo-Pietismo Libera nos Domine!



AN SPERANDA SIT

IESU FORTURNATE!

D. JOH. FRID. MAYERI, P. P.

DISSERTATIO

*An speranda sit Spiritus Sancti
incarnatio?*



JESU FORTUNANTE!

Fama proh accepimus, licentiam prophetandi, 'quæ ab Ecclesiæ Evangelicæ Turbatoribus hodie, ut summa imis misceant, impunè conceditur, ita in furorem egressisse nonnullos, ut *Sacro-sancti Spiritus incarnationem alii jubeant expectare, alii ante annum & quod excurrit jam peractam esse impudentissimè adfirmant.* Illud vero restabat post diabolicum de reincarnatione Jesu Christi, quæ sub finem Anni 1696. contigerit, commentum, novè scilicet DEI Filium in puerulo tunc nato fuisse incarnatum, ceu scripsit quidam ad D. J. W. P. his verbis: *Nono die Rigam ingressus sum, deinde per Dorpatensem Academiam Revaliam, Revaliâ Lubecam, tandem in Germania superiore sitam Gutenburgam in comitatu Bareytensi, quæ à Culembachia civitate uno milliari distat, nescio qua directione & providentia mirabiliter ductus sum. Puerulum vidi sex mensium & quod excurrit, cujus pater creditur esse Joh. Wihgall, qui tutorio officio fungitur, mater ipsius Anna, homines exigue sortis sed pii & innocentes. Hic est verus DEUS & homo JESUS CHRISTUS, imago cælestis Patris & character gloriæ ipsius, qui ab horâ nativitatis suæ & adventus sui Rex in terrâ est uti in cælo, quique eo ipso dum natus est regnum incepit, quod se extendet super totum mundum, regnaturus de mari ad mare, & cui genua omnia incurvanda, & de quo à progenie in progeniem annunciabitur, quem ego confiteor esse Christum.* (atque hæc quasi re benè gesta produntur ab ipsis Philadelphianis fratribus in transactionibus Theologicis Anno 1697. Londini vulgari cœptis,) Violandus etiam de Spiritu S. erat articu-

ticulus, & sanctum de incarnatione Filii Dei, fidei caput, quod mente præcipienda sit Sancti Spiritus incarnatio. Sanè jampridem quæsitum est, quare λόγος non vero Pater nec Spiritus Sanctus homo natus fuerit, ad quam nimium curiosam ac propemodum ineptam quæstionem (cui enim Divinæ sapientiæ non sufficeret arbitrium?) varii diversimodè responderunt, ex quibus *Gennadius* Massiliensis libro de dogmatibus Ecclesiasticis capite 2. *Non pater, inquit, carnem assumpsit, neque Spiritus Sanctus, sed filius tantum, ut qui erat in Divinitate DEI Patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, ne filii nomen ad alterum transfret qui non esset aternâ nativitate filius.* Plura videantur apud *Eimenborstium* in Notis p. 103. seq. *Spicerum* Observat. sacr. p. 53. seqq. *Petaviam* lib. II. cap. 15. & lib. XII. cap. 9. de incarnatione. Illorum tamen longè profecto major est non curiositas sed impietas, error & Φλυαρία, qui ex eo quod Christus Paracletum à se mittendum promisit, vel seipsos pro ejusmodi incarnatis Paracletis venditarunt, aut in aliis Spiritum S. incarnatum venerari, aut denique incarnandum expectare jusserunt.

Egit hic furor jam olim tempore Apostolorum *Simonem Magum*, ut se in patria Samaria veluti Patrem descendisse, in Judæa tanquam filium, reliquis vero gentibus quasi Spiritum Sanctum apparuisse gloriaretur, quod tradit *Irenæus* Libro 1. adversus hereses capite XX.

Seculo Secundo post Christum natum *Montanus* vel certè quidam ex ejus asseclis teste *Hieronymo* Epistola 54. ad *Marcellam* docuere, DEam primum voluisse in Veteri Testamento per *Moysem* & Prophetas salvare mundum, sed quia non potuerit explere, corpus fuisse de virgine & in Christo sub specie filii predicantem, mortem obisse pro nobis. Et quia per duos gradus mundum salvare nequiverit, ad extremum per Spiritum Sanctum in *Montanum*, *Priscam* & *Maximillam* insanas feminas descendisse, & plenitudinem quam *Paulus* non habuerit, dicens: ex parte cognoscimus, & ex parte

te prophetamus, & nunc videmus per speculum in ænigmatate, (1. Cor. XIII, 9. 12. *abscissum & semivirum habuisse Montanum.*

Seculo Tertio Manes se Spiritum Sanctum esse audacter affirmavit, & in literis suis Jesu Christi se esse Apostolum professus est, eo quod Jesus Christus se eum missurum esse promiserit, & inde ejus Apostolum, quia in eo missus sit Spiritus Sanctus, ut refert Autor Prædestinati Har. 46. confer. Eusebium Libro VII. Hist. Eccles. cap. 31. ubi de eodem Manete testatur, quod Paracletum se, ipsumque Spiritum Sanctum esse prædicaverit, præter insaniam superbiâ etiam elatus. Omitto Augustini, Theodoriti aliorumque loca idem confirmantium.

Perstringam breviter hoc loco Mahumedem, qui ut Simon, Montanus, Manes, à suis similiter pro Paracletico habetur. Quamvis enim nec filium DEI incarnatum nec Spiritum S. incarnandum credunt Mahumedani, communem tamen errorem fovent cum iis, quos in præsentem impugnandos suscepimus, quique œconomia Evangelicæ Christi, utpote minus perfectæ, aliam Paracleti, eamque Evangelica longe perfectiorem succedere debere contendunt. Ex hoc enim erroris fonte inprimis, universo Mahumedismo ab ejus defensoribus frigida affunditur, quod Mahumedes nempe sit ille, quem Christus Joh. XIV. & seqq. capitibus missurum se recepit, paracletus, adeoque, quod neque Moses nec Prophetæ nec ipse Christus, hoc demum facere atque adeo doctrinæ salutari fastidium imponere debuerit Mahumedes. Quem insanum eorum errorem post plures alios non multis abhinc annis profligavit Innocentii XI. quondam Confessarius Ludovicus Maraccius in Prodromo refutationis Alcorani, parte primâ.

Hæc dum scribo temperare mihi non possum, quin antequam luculentissima blasphemiarum exempla quæ Spiritum S.

S. incarnatum nobis dant, oculisque corporeis exhibent, exponam, paucis & in transcurfu quidem de *Seculo Spiritus S.* quo ipsum intellectuales oculi mentis penitus visuri sint, aliquid adjiciam. Brevis tamen ero. *Seculo duodecimo & decimo tertio* non defuere inter Christianos qui uti œconomiam Evangelicam Veteri Testamento, hoc est *seculum Filii seculo Patris* successisse ajebant, ita *seculo Filii* successurum imo jam suâ ætate incipere *seculum* quod vocabant *Spiritus S.* Cujus erroris semina primum sparfit Abbas *Joachimus* Ordinis S. Benedicti, mox fovit *Amalricus* sive *Almaricus* Doctor Parisiensis, denique fervide & acerrime adversus Doctores Parisiensis Academiæ propugnarunt *Hubertinus de Casali* aliique fratres Mendicantes Ordinis minorum, quibus se junxere Prædicatorum Ordinis Monachi *Dominicani*. Quanta animorum contentione hæc Controversia agitata fuerit, perspiciet Lector ex *Jacobi Usserii* doctissimo opere de Success. Eccles. Christ. cap. 9. & ex variis tractatibus quos in fasciculo rerum expectandarum ac fugiendarum ante annos non ita multos in Anglia recudi fecit *Eduardus Brown*. Vide etiam B. *Jacobi Thomasi* Programma XLIV. & *Petrum Jurium* Præjudicio X. contra Papismum. Inprimis jactabant Franciscani librum à *Johanne de Parma* Generali suo editum & inscriptum *Evangelium Spiritus S.* sive *Evangelium æternum*, in quo apertè docebatur hoc utpote perfectiore, meliore & digniore succedente, evacuandum esse *Evangelium Christi*.

Mirum est eundem fratrum Mendicantium errorem seculo sexto decimo probatum *Johanni Episcopo Chemensti*, quem autorem esse constat libri anonymi qui à primis vocibus, quibus incipit, *Omnes Ecclesiæ* vulgo inscribitur. Nam capite 67. p. 364. 365. postquam tres mundi status esse præmonuisset, de tertio statu Spiritus S. ita scribit: *Tertius deinceps mundi status qui vocatur perfectionis, incipiet post Antichristum, utpote à prædicatione Enoch & Eliæ ac à dicta Christi secunda cœna seu adventu secundo & decurret per septimum Ecclesiæ statum durabitque usque ad extremum*

Ju-

Judicium, & secundum Bernhardum est illud convivium de quo infra dicitur. Idem quippe tertius mundi status attribuitur personæ Spiritus sancti, qui à Patre & Filio concorditer spiratur. Et proprie est Spiritus veritatis, qui cum venerit docebit homines omnem veritatem: quam hic mundus in secundo suo statu non potest accipere quia non videt Spiritum sanctum, nec scit eum, quoniam animalis homo mundum diligens non percipit ea quæ sunt Spiritus DEI. Ab electis autem Spiritus sanctus cerni potest, nam Salvator ait: Ego rogabo Patrem, & alium advocatum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum. Talis forsitan intellectualis visio apprehendetur in tertio mundi statu, quia tunc clarius quam nunc aperietur veritas, quæ homines imbuti filium magis intelligent ac Spiritum S. facilius accipient & videbunt atque cognoscent. Hinc in Evangelio subjungitur: Vos autem utpote electi in tertio generali statu futuri, cognoscetis eum, scil. Spiritum sanctum quia apud vos manebit & in vobis erit, quasi diceret, tum persona & tum opera ejusdem Spiritus S. manifestius clarescent: siquidem veniet hora, quando non in similitudinibus, sed manifestè de Patre nunciabit nobis Christus. Tunc enim incipiet regnum Dei, & clarè splendebit intelligentia sacrarum Scripturarum, ut supra notatum est. Non obscurum est idem sensisse & etiamnum sentire complures ex Anabaptistis, & Chiliaftas plerosque, quorum verba & testimonia huc accumulare nihil attinet.

Sed nunc redeamus in viam, ac tria præ cæteris insignia blasphemix audacis & impudentis de Spiritu S. carne induto exempla in medium producamus. Primum est *Guilmina Boëma* quæ sub finem Seculi XIII. ab affeclis suis venditata prædicataque est pro Spiritu S. in sexu foemineo incarnato. De qua sic *Joh. Mabilonius* Musei Italici T. I. p. 19. 20. In cæmeterio monachorum Caravallensium Mediolani quidam sunt nobilium tumuli super quatuor lapides erecti, atque in his unus erat *Guilmina Boëma* impudentissima prestigiatrix, quæ cum ante annos quadringentos specie sanctitatis toto vite sue tempore multos ludicasset, atque post obitum, qui anno M. CC. LXXXI. corrigit, ut sancta per aliquot annos apud vulgus habita fuisset, tandem compertis ipsius presti-

giis

giis cadaver exhumatum atque in favillas redactum est anno M. CCC. Tumulus disiectus sed vacuus ad huc arcus in pariete coemeterii, quem in locum post sex à morte menses hac translata fuerat ex primo loco sua sepultura; nempe ex coemeterio sancti Petri ad Hortum intra civitatem. De hac Guillelmina ejusque secta & affectis Johannes Petrus Puricellus vir doctus & accuratus longam Dissertatiouem scripsit, contenditque contra Donatum Bossium ejusque sequaces, Guillelmine sectam non fuisse spurcitiis, uti Donatus ante omnes vulgavit, infamem: sed impiis deliramentis, qua mentem tantum, non etiam corpus afficerent, ac inscicerent: idque probat Puricellus ex publico instrumento, quod inquisitores anno MCCC. confecerunt, rei gesta summam continente. Ex hoc instrumento patet Guillelminam aut certè ejus affectas primarios (nam id ipsa ex ficta modestia pernegare visa est) Andream Sarramitam & Mayfredam Pirovanam depradicavisse, quod ipsa Guillelmina esset Spiritus Sanctus in sexu femineo incarnatus è Constantia Boëmiæ Regis uxore: Quod ipsa esset mortua tantum secundum carnem, sed resurrectione ante universalem resurrectionem, & discipulis videntibus ascensura cælum, quod sibi reliquisset in terris vicariam Mayfredam Ordinis Humiliatorum Monacham, qua Missam celebratura esset ad tumulum Guillelmine, & demum Romæ occupatura sedem Apostolicam, indeque ejectione Cardinales, habitura etiam quatuor sapientes, qui Evangelia nova scriberent. Hæc nefanda & auditu execranda scelera prolixo commentario exponit Puricellus, cujus cum liber non sit editus nec fortasse edendus, visum est hac digressionem rudem ejus notitiam prelibare. Porro Guillelmine tria festa ad ipsius tumulum celebrabant quotannis ejusdem Sectarii: unum in festo S. Bartholomæi quo die ipsa obierat, alterum in mense Octobri, cum ejus corpus Caramvalem translatum est, tertium in die Pentecostes. Sed tandem nefande huic superstitioni post annos à Guillelmine obitu novendecim finis impositus est. Non multum dissimilia de Spiritu S. Dulcinus quidam Vercellensis jactitasse memoratur in continuatione Chronici Nangianni ad annum M. CCC. VI.

Alterum exemplum deliri hujus erroris illustre præbet Guilelmus Postellus, qui de Jobanna Veneta Virgine non veritus est

est publico scripto in ejus laudes edito profiteri, & Parisiis in publica concione pro cathedra docere, per eandem similiter redemptam iri mulieres sexumq; fœmineum, quemadmodum Christus mares eosque solos redemerit, ut adeo eodem modo quo Christus filius DEI, sic *Johanna Veneta* incarnatus fuerit Spiritus S. Vide *Henrici Stephani* Apologiam pro Herodoto Gallice editam capite 14. 105. Equidem *Florimundus Remundus* five potius *Ludovicus Richeonius* Jesuita libro 2. histor. hæref. cap. 15. p. 181. *Postello* gravem injuriam fieri hac objecta sententia non dubitat, acriterque contendit eundem de *Johanna* ut *Messias* eam faceret, ne per somnium quidem cogitasse. Sed *Æthiopem* à *Remundo dealbari* ait *Theophilus Raynaudus*, Jesuita & ipse libro de sobria frequentatione mulierum per sacros homines p. 232. T. XII. Opp. *Quidni enim videatur credibile hominum emota mente qui novam Mediatoris nativitatem nec dum factam Judaice est commentus, qui de Ecclesia scripsit pudenda &c. &c. delirasse quoque circa Venetam mulierculam, referendo ad eam appensionem lytri pro fœminarum redemptione Deo annumerandi? Est sane ea stultitia omni amplificatione superior: sed quid mentes levia ubi semel à recto exorbitarunt, cœlesti lumine destituta refugiant? David Georgius insanissimè dixit venisse se consummatorem rudimentorum redemptionis, qua sola Christus redemptor imperfectus premiffisset. Muliercula apud *Gersonem* tract. de examin. doctrin. p. 2. post consider. 6. missam se ad infirmorum mortalium redemptionem effutivit. Quid ergo iricamur circa improbabilitatem similis delirii, ab iis qui viderunt & contrectaverunt in *Postelli* libris atque sermonibus annotati? *Verderius* qui *Postellam* frequentavit eoq; usus est familiarissime, diserte tradit, qua de *Joanna* mulierum Redemptrice ex *Postelli* sententia retulimus, *Jugduni* ab eo esse exarata atque vulgata, in ipsius *Verderii* vicinia. Addit tamen id postea retractasse *Postellum*, fassum eum ea scriberet ederetque, oblatam sibi fuisse phantasiam & mentem emotam. *Raynaudus* paucis interjectis: Tenemus *Postelli* scripta, suppetunt oculati testes omni exceptione majores, qui librum de hac blasphemiam conscriptum legerunt, sunt qui de fatente *Postello* nec nisi mentis emotionem excusante rem audiverunt.*

Ter-

Tertium exemplum similis blasphemiae, sed obscurius, paucioribusque cognitum, est *Martini Steinbachii*, vinarii Selestedienfis, qui se Spiritum S. incarnatum, blasphemè venditavit, teste *Theodoro Zvingero* Volum. 5. Theatri lib. 4. f. 1328.

Quid autem *Hieraci* & *Melchisedecianis* facias? quorum mentibus teste, *Epiphanio* hæresi LV. & LXVII. hæc infederat opinio, Sacram Scripturam digito monstrare *Spiriū sanctū incarnatū*, Melchisedechum enim Spiritum S. fuisse. Cui sententiæ adstipulatur etiam *autor questionum V. & N. T.* inter Opera *Augustini* qu. 109. At pridem proscripsit hanc sententiam purior Ecclesia, hæresibusque annumeravit. Confer *Petavium* lib. 1. de Mundi Opificio cap. 4. ubi contra recentem quendam Melchisedecianum disputat. Non aliam ab eadem Ecclesia sententiam tulit *Job. Valentinus Gentilis*, in λόγῳ Spiritum S. simul incarnatum docens, cum & λόγῳ & Spiritus Sanctus unus idemque sit, *Deum nempe creavisse in latitudine æternitatis Spiritum quendam excellentissimum; qui postea in plenitudine temporis incarnatus est.* Vide *Sandium* p. 26. Bibliothecæ Anti-Trinitariorum. Quod perplacet nupero auctori Unitario libri Gallici *Tombeau du Socinianisme* c. 8. p. 25. Quæ etenim adversus *Sabellianos* & *Arianos* pia disputavit & obtinuit Antiquitas, ea sibi dicta putent Patroni hujus delirii.

Sed ut monstrum hoc blasphemiae de Spiritu S. incarnatione, ex orco hodie à fanaticis revocatum perdomemus destruiamusque, tempus est.

Adversatur nempe isthæc sententia (1) scopo ac fini unico incarnationis, quare Deus Humanæ uniri debuerit naturæ & manifestari in carne, qui est perfecta redemptio & liberatio totius generis humani à peccato, morte tyrannide Satanæ; & plena satisfactio perfectumque sacrificium Divinæ justitiæ offerendum pro omnium hominum peccatis. Nam ideo Deus homo factus est, quia *nullus debuit satisfacere nisi ho-*

mo, & nemo potuit nisi DEUS. Propterea Filius DEI factus semen mulieris, ut contereret caput serpentis, Gen. III, 15. Ideo venit, ut opera Diaboli h. e. peccata dissolveret, 1. Joh. III, 8. atque ut rectè Augustinus, nulla causa fuit veniendi Christo Domino, nisi salvos facere peccatores. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicina. Si venit de cælo magnus Medicus, magnus per mundum jacebat egrotus. (Confer. quæ adversus Scotistas, Osiandristas, Socinianos disputant nostri.)

At redemptio illa & liberatio, Christi sacrificio tam plene & perfecte præstita est, ut novo sacrificio, novo redemptore, nova Spiritus S. incarnatione non sit opus. Perfectissima enim est redemptio & ἀπολύτρωσις à Christo facta, si-ve spectes (a) λύτρον, sanguinem Divinum pro nobis effusum, Act. XX, 28. pœnas nostri loco toleratas, ita, ut כַּוָּנוֹ Castigatio pacis nostra, hoc est, ut B. Præceptor noster D. Scherzerus exponere solebat, debiti nostri secundum rigorem justitiæ commutativæ præcisa exactio super ipso fuerit, Ef. LIII, 5. si-ve consideres (b) objectum redemptionis universale, omnes cuiusvis conditionis, gentis, sexus, ætatis homines; pro omnibus enim mortem gustavit Christus, Ebr. II, 9. etiam pro impiis & damnatis. Unde Petrus queritur, à quibusdam abnegari Dominum, qui eòs mercatus est, accersentes sibi ipsis celerem interitum, 2. Petr. II, 1. Adeoque toti mundo, credentibus & non credentibus, Pater cœlestis filium dedit, Joh. III, 16. 18. Neque in Christo Judeus vel Græcus, liber & servus, mas & femina, sed omnes unum sunt, Galat. III, 28. seu denique (c) consideres redemptionem, quæ utpote perfectissima sempiterna & unica, disertè à Spiritu S. opponitur sacrificiis V. T. quæ repetitione indigebant. Cum sacerdotes quotidie sacris fungerentur & eadem sæpe sacrificia facerent, quæ peccata adimere nunquam possunt: Ille uno sacrificio pro peccatis, quod æternum valet, oblato, confedit ad dextram DEI--Illico enim sacrificio in æternum perfecit sanctificandos, Hebr. X, 12. 14. Neque fas, plures mediatores cogitare, cum unus DEUS sit atque unus mediator DEI & hominum, homo Christus JESUS, qui seipsum libe-

liberationis pretium pro cunctis dedit, 1. Tim. II. 5. 6. Unus Christus heri & hodie idemque in omnia secula, Hebr. XIII. 8. Cum itaque jam venerit seque ipsum obtulerit pro nobis ὁ ἐρχόμενος, de quo solo omnes Prophetæ prædicarunt, quod in ejus nomine salutem consequentur, qui in eum credunt, neque in alio nomine salus sperari potest, quid opus est, imo quam stultum & impium est, alium expectare?


Adversatur (2.) isthæc sententia determinato in sacris literis numero duorum Testamentorum, & Novi fœderis perfectioni. Cum de tertio fœdere altum sit ubique in sacris literis silentium, Apostolus novum cum veteri confert, huicque illud præfert his verbis: *Nunc Christus tanto præstantius sortitus est munus, quanto melioris est Testamenti mediator, quod melioribus adhibitis promissis compositum est. Si enim primum illud perfectum fuisset, non quaesitus esset secundo locus, Hebr. VIII. 6. 7. Bina tantum agnoscit testamenta Paulus Galat. IV 22. seqq. Scriptum est Abrahamum duos habuisse filios, unum ex ancilla, alterum ex libera. Quæ res aliud significant. Nam ea sunt duo fœdera. Unum à monte Sina in Servitutum gignens, videlicet Agar, --- Nos vero, fratres, quemadmodum Isaacus, promissionis nati sumus. Bina tantum agnoscit Jeremias XXXI, 31. seqq. Quam infeliciter itaque additur tertium, cum secundum sive novum fœdus, quod in novissimis diebus ἐν ἐσχάτοις ἡμέραις tandem sive postremo loco Ebr. I. 2. per Filium constitutum est, tanta perfectione gaudeat, ut nihil omnino ipsi desit. Non doctrina sanctissima & sublimissima, in quâ incedentes possumus τέλει perfecti esse, Coloss. I, 18. Non exemplum perfectissimum omnibusque numeris absolutissimum Christus, 1. Petr. II, 21. Non media interna efficacissima, Spiritus S. in omnem veritatem nos dirigens, externa, Verbum & Sacramenta. Non promissiones perfectissimæ, quibus nullæ majores cogitari possunt jam tum in hac vita, quod participes simus futuri divinae naturæ, 2. Pet. I, 4. Quod Pater Filius & Spiritus S. ad nos venturi & permansuri apud nos sint, Joh. XIV, 23. Ut præteream alia, quibus pleni sunt omnium*


mnium Apostolorum libri, de amore DEI, de remissione Peccatorum, Justificatione, adoptione in libros DEI, & fratres cohæredesque JESU Christi, liberatione à morte, inferis & Diabolo, & denique certissimam vitæ æternæ, in qua cum Christo regnabimus, expectationem.


Adversatur (3) *jam facta Spiritus S. statim post ascensionem Christi missioni.* Præcipuum enim argumentum, quo utuntur ii, qui incarnationem Spiritus Sancti præstolantur, à promissione Christi de mittendo Paracleto Joh. XIV. seqq. ductum esse jam supra observavimus. Atqui hæc clarissime & insigni prorsus modo impleta est, cum Spiritus S. visibili specie in Apostolos effunderetur, Act. II. ab eo tempore eadem Spiritus sui *χαρὶσμα* DEUS larga manu in servos suos sub Evangelii fœdere effudit, effunditque etiam hodie in fidelium suorum corda, quæ omnia ad illam de paracleto mittendo promissionem pertinent. Quod vero non *novum Sæculum Spiritus S.* non tertium illius Testamentum ac fœdus, non nova œconomia Evangelio Christi perfectior à Christo promissa fuerit, abundè patet ex eo, quod Dominus Paracletum missurus & de illo verba faciens addit, quod vel unicum dictum in fugam omnes agit adversæ sententiæ Patronos: *de meo accipiet & annuntiabit vobis. Non de suo loquetur, sed quæ ex me audiet loquetur, & vobis exponet,* Joh. XVI, 13. 14.

Atque hæc in Fanaticorum confusionem
sufficiant.











exemplum similis blasphemiae, sed obscurius, cognitum, est *Martini Steinbachii*, vinarii Seleuse Spiritum S. incarnatum, blasphemè venditatoro *Zwingero* Volum. 5. Theatri lib. 4. f. 1328.

tem *Hieraci & Melchisedecianis* facias? quorum *Epiphania* hæresi LV. & LXVII. hæc infederat Scripturam digito monstrare *Spiritum sanctum* Melchisedechum enim Spiritum S. fuisse. Cui ulatur etiam *autor questionum V. & N. T.* inter qu. 109. At pridem præscripsit hanc sententia, hæresibusque annumeravit. Confer *Mundi Opificio* cap. 4. ubi contra recen Melchisedecianum disputat. Non aliam ab ea attentionem tulit *Job. Valentinus Gentilis*, in *λόγος* al incarnatum docens, cum & *λόγος* & Spiritus idemque sit, *Deum nempe creavisse in latitudinum quendam excellentissimum; qui postea in plenitudo incarnatus est.* Vide *Sandium* p. 26. Bibliothecarum. Quod perplacet nupero auctori *Unitate Tombeau du Socinianisme* c. 8. p. 25. Quæ etenim *nos & Arianos* pia disputavit & obtinuit *Andicta* putent Patroni hujus delirii.

Instrumentum hoc blasphemiae de Spiritus S. incarnatione à fanaticis revocatum perdomemus de tempus est.

ur nempe isthæc sententia (1) scopo ac fini unquamare Deus Humanæ uniri debuerit naturæ carne, qui est perfecta redemptio & liberatio humani à peccato, morte tyrannide Satisfactionis perfectumque sacrificium Divinæ unum pro omnium hominum peccatis. Nam factus est, quia *nullus debuit satisfacere nisi homo*

b

mo

the scale towards document

